



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die XIX. Junii. In Festo S. Julianæ De Falconeriis Virg.

[S.l.], [ca. 1770]

In I. Nocturno. Lect. de Scriptura occurrente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62798](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62798)

Die XIX. Junii.

IN FESTO

S. JULIANÆ DE FALCONERIIS VIRG.

Duplex.

*Omnia de Comm. Virg. exceptis iis, quæ
hîc propria ponuntur.*

Ad Vesperas, & ad Matutinum. Hymnus.

C œlestis Agni nuptias O Juliana dum petis, Domum paternam de- seris, Chorùmque ducis Vir- ginum. Sponsumque suffixum Cruci Noctes, dièsque dum gemis, Doloris ic̄ta cuspide Sponsi refers imaginem Quin septiformi vulnere Fles ad genu Deiparæ;	Sed crescit intuta fletu, Flammâsque tollit cha- ritas. Hinc morte fessam proxi- ma Non usitato te modo Solatur, & nutrit Deus, Dapem supernam por- rigens Æterne rerum Conditor, Æterne Fili par Patri, Et par utrique Spiritus Soli tibi sit gloria. Amen.
---	---

Oratio.

DEUS, qui beatam Julianam Virginem
tuam extremo morbo laborantem pre-
tioso Filii tui Corpore mirabiliter recreare
dignatus es: concede quæsumus; ut, ejus
intercedentibus meritis, nos quoque eodem
in mortis agone resecti, ac roborati ad cœle-
stem patriam perducamur. Per eundem D.

IN I. NOCTURNO.

Lect. de Scriptura occurrente.

)(

IN